

omnibus et singulis suis adiacenciis, pratis, agris, siluis, piscariis, molendinis et molendinorum locis, infra sepes vel extra, prope positis vel remote, nullis penitus exceptis, inpignero per presentes tali prefixa condicione, quod idem Nicholaus omnes et singulas annuales pensiones et omnimodas obuenciones de premissis bonis provenientes, quoadusque predicta suma pecunie penitus persoluta fuerit, pretextu laboris sui michi per ipsum ad hoc tempus beneuole porrecti et adhuc, vt spero, porrigendi annuatim leuabit et ad vsus suos redditus eosdem libere ordinabit in sortem tamen principalem pecunie minime computandos. Astringo insuper virtute presencium me et heredes meos vltra pactum et conuencionem premissorum alicuius fraudis seu doli adinuencione premissa bona et eorum pensiones pro memorato Nicholao, antequam de predictis quingentis marchis omnino, vt premissum est, sibi satisfactum fuerit, nullatenus occupandi, molestandi, impediendi seu quomodolibet de ipso reuocandi. In premissorum igitur firmiorem euidentiam sigilla dilecte sororis mee Margarete Sunadotor necnon nobilium militum dominorum Throtonis Pætersen et Petri Bondæ vna cum proprio presentibus duxi apponenda. Datum Bawohus anno Domini millesimo ccc^o secundo ipso die pentecostes.

De fyra sigillen borta, sigillremsorna kvar.

4819. 1352 Maj 30. Linköping.

Håkan Kampe säljer till Nils i Stång, borgare i Linköping, sin gård i Torrberga, Skeda socken. Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Haquinus dictus Kampæ salutem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi per presentes me discreto viro Nicholao de Stang, ciui Lincopensi, predia mea in Thorbyærghum in parochia Skethæ situata cum omnibus adiacenciis suis, videlicet dimidium attongum terre xii parte minus, secundum leges patrie per fæstas legitimas pro pleno precio vendidisse et sibi in possessionem perpetuam et dominium assignasse. In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis virorum discretorum, videlicet domini Byrgheri, prepositi ecclesie Lincopensis, et Laurencii Tholfson, ciuis ibidem, presentibus sunt appensa. Datum Lincopie anno Domini m^occc^ol^o secundo feria quarta pentecostes.

På baksidan: Thorbyærgha.

Sigill: n. 1 borta, sigillremsan kvar; n. 2 (ett 'B'; se Sv. Sig. fr. Medelt. I, 2, 273): s NIS; n. 3 ytterst obetydligt fragment.

4820. 1352 Juni 1. Lund.

Ärkebiskop Petrus i Lund intygar, att Jonas Nicholai, kanik i Lund och Roskilde, till Lunds domkapitel donerat sin gård i Björnekulla mot villkor af själamässas hållande för hans aflidne broder, riddaren Johan Nilsson.

Registr. Eccl. Lund., s. 76.

Omnibus presens scriptum cernentibus Petrus, diuina miseracione Lundensis archiepiscopus, Suecie primas, salutem in omnium Saluatore. Constare volumus